

bestia lupus criseus. De ore namque uniuscuiusque procedebat funiculus, per quem ligate erant ad colliculum, qui apparebat ab occidente, et vox ad eum. Quinque bestie quinque reges sunt, qui omnes veniunt ab aquilone, quia inde pandetur malum¹, nec isti boni nec Deo placentes: canis igneus et non ardens rex surgens, speciem habens pietatis et non opera, bellicosus, praelia multa agens sine bono fine; leo fulvus rex surgens, crudelis et inmitis, imitans illum² de tribu Dan; equus^a albus rex surgens, superbus, impurus et mollis — sub ipso quippe cadet dignitas imperii et omnis decor et pulchritudo claustralium —; quarta bestia porcus niger et ipse teter et omnia tempora eius nigra feditate vitiorum; quinta bestia lupus criseus rex surgens, rapax et perfidus et qui sub ipsi sunt. In tempore illius surget ille iniquus, quem Dominus interficiet spiritu oris sui, et tunc multa corpora imponentur torcularibus suis. — *Codex Vaticanus 1348 saec. XII. auf der Rückseite des Vorsatzblattes.*

VII. Italienische Bibliothekskataloge.

Im Folgenden werden drei Bücherverzeichnisse veröffentlicht, von denen das erste aus Lucca freilich durch F. A. Zaccaria bekannt gemacht, jedoch von Becker wie Gottlieb übersehen worden ist, sodass eine Neuauflage des kurzen Stückes nicht ganz überflüssig sein wird.

a. Domkapitel in Lucca (11. Jh.)³.

Pro anima Bardi primicerii et Guidonis eius nepotis dati sunt canonicae sancti Martini libri isti, quorum nomina sunt haec: Hysidorus officiorum cum aliis libris. Psalterium glossatum. Cantica canticorum cum apocalipsi non finita. Exameron Ambrosii. Augustinus de doctrina christiana. Augustinus de baptismo. — *Codex capituli Lucensis 124 membr. saec. XI. fol. 3. — Abdr.: F. A. Zaccaria, Iter litterarium per Italiam (Venetiis 1762), 15.*

b, Dombibliothek von Novara (vom Jahre 1175).

In nomine Domini. In hac pagina continentur omnia, quae dominus Gaido Dei gratia thesaurarius matricis aec-

a) equus c.

1) Vgl. Jerem. 1, 14.

2) Simson? vgl. Judic. 13, 2. 24 sq.

3) Vgl. Gottlieb, Ueber mittelalterliche Bibliotheken S. 205 ff. 405.